Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1002
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



129 121

unum ad celos ascendisse credimus ipm quoq; in ente
m celestibus habitemus. ℣ Lectio actuum apostolorum.
Primum quidem sermonem feci de omnib; o Theo
phile quæ cepit jesus facere et docere usq; in diem
qua precipiens apostolis per spiritum sanctum quos e
legit assumptus est. quib; et probauit se ipm viuum
post passionem suam in multis argumentis p dies
quadraginta apparens eis et loquens de regno dei
et conuescens precepit eis ab jherosolimis ne discede
rent sed exspectarent promissionem patris quam audi
stis inquit per os meum. quia iohannes quidem
baptizauit aqua. vos autem baptizabimini spiritu sancto
non post multos hos dies. igitur qui conuenerant. in
terrogabant eum dicentes. Domine si in tempore hoc restau
es regnum israel. Dixit autem eis. non est vestrum nosse tem
pora vel momenta quæ pater posuit in sua potestate sed accipietis
virtutem superuenientis spiritus sancti in uos et eritis mi
hi testes in hierusalem et in omni iudea et samaria. et usq; ad
vltimum terre. Et cum hec dixisset videntib; illis eleuatus
est et nubes suscepit eum ab oculis eorum. Cumq; intu
erentur in celum euntem illum. ecce duo viri astiterunt
iuxta illos in vestibus albis. qui et dixerunt. Viri
galilei. quid statis aspicientes in celum. Hic jesus q
assumptus est a uobis in celum. sic veniet quemadmodum
uidistis eum euntem in celum. Alleluia. ℣ Ascendit
deus in iubilatione et dominus in uoce tube. Alleluia. ℣ Ascendo ad
patrem meum et patrem vestrum deum meum et deum vestrum. Sequentia
Sicut triumphum regis prosequamur laude. Qui celi qui terre
sceptra mundi iure domito. Qui se se pro nobis redimendis per
magnum dedit pretium. Hic nouem exstat conuenens idem. Na